

Heinrich Rudolph Redecker

**Rector Academiae Rostochiensis Heinricus Rudolphus Redecker/ IC. Professor:
Publ. ... Ad exequias, quas ... Iuveni, Dn. Joanni Vossio, LL. Studioso Moestissimi
Parentes Hodie no die paratas cupiunt, Cives Academiae Omnes & singulos ...
invitat : [Dabam sub Sig. Rect. 20. Octobr. anno 1675.]**

Rostochii: Kilius, [1675]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777168618>

Druck Freier  Zugang



Redeker, H., R.,

in J. Voss.

(1675.)



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777168618/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777168618/phys_0004)

DFG

RECTOR
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS

103.

HEINRICUS RU-
DOLPHUS Redeker/

K. Professor: Publ. & Fac.



sua Decanus,

Ad exequias,

quas

Ex anno & Doctissimo JUVENI,

DN. JOANNI
VOSSIO,
LL. STUDIOSO

Mœstissimi PARENTES

Hodierno die paratas cupiunt,


CIVES ACADEMIÆ Omnes
& singulos studiosè amanterquè
invitat.

Conventus fiet in Æde Marianâ Horâ 1. pom.



BOSTOCHII, Typis JOHANNIS KIL. Universitatis Typ.

24





Non homini tantum inevitabilem positam esse moriendi conditionem, sed etiam vastum hoc UNIVERSI corpus, atq; ad eò totam Naturam moralitati substratam esse, certum etiam est illi, quirem ne quidem curatius considerârit. Prima certè illa corpora, ex quibus singula confieri videas, dum ex mutatione eorundem nunc hoc perit, nunc aliud generatur, per continuatas vices aut nascuntur, aut mortem subeunt suam. Ipse Astrorum Princeps, SOL, qui promit diem, conditq; , eò quòd cotidiè conspectui sese subducat nostro, subq; vergat horizontem, interitum, quem decretorius ille dies aliquando semelq; afferet, jugiter minatur. Ab cuius more nec cetera divortium facere amant sidera, ceu, quæ renascente majori luce, interitum vel magnam potius illam mortem exercere videntur. De omnis generis animantibus, deq; Urbibus, imò de totis sile re jam lubet provinciis: aut ista saltē *Vellejana* hac fini adducere: quis credat tantas Urbes tam creuisse, floruisse,

ruisse, cecidisse? item: Admirabile prorsus est, Civitatem
nunc florere fortunam, nunc senescere, nunc ipsas etiam
Regiones interire! Non adeò itaq; è re est, nos homin-
culos, cùm rerum omnium passim per orbem terra-
rum projecta cadavera videamus, unius è nostri nu-
mero sive interitum, sive, quæ Christianior fortè vox
fuerit, discessum, tam ægrè molesteq; ferre. Hic aut
impensè fallimur, PARENTES Om̄estissimi aut plu-
rimum de dolore isthac vestro, lacrimisvè vestris, qui-
bus functum FILIUM prosequimini, decedet, si æqua-
lem hanc rerum universalum, ad internacionem non
tam euntium, quam magè festinantium, conditionem
non oscitanter lustraveritis, nec minus perswasum vo-
bis iveritis, eadem fati necessitatisq; lege JOANNI
vestro, Eximio ceteroqui, inq; ornamentum domus
vestræ nato juveni, mortem fuisse opperendam, quæ
Universa Naturæ corpora teneri adstringiq; memorar-
imus. Ceterū morisvero servientes, Historiam FUN-
CTI iisdem penè verbis jam porrò recensebimus,
quibus descripta manibus sese nostris insinuavit. Ori-
ginem & vitæ cursum Nobiliss. & Doctiss. Viri Juvenis
DN. JOHANNIS VOSSI quod attinet, natum
cum hac ipsa in urbe anno hujus seculi quadragesimo
septimo vicesimo primo Julii die, accepimus. Pater
qui adhuc superstes & mortem filii acerbissimis luget
lacrimis, est Vir Spectabilis Dominus **JOHANNES**
VOS,

VOS, Civis & Pistor senior; Mater vero MARGARETHA Rüting, fæminarum præstantissima. Lineæ paternæ avus fuit CLAUS VOS, civis hic egregius. Avia ejusdem lineæ fuit ANNA Specknes/Matrona honestissima. Quæ cum matito, jam jam nominato, probis parentibus sub ditione monasterii Malchoviensis prognata est. Maternæ vero lineæ avus fuit Vir Exim. BARTHOLOMÆ US Rüting. Avia ejusdem lineæ ELISABETHA Danappels. Matrona eximia pietate & virtute. His igitur majoribus in lucem editus infans primum sacro fonte aspersus, simulq; ad preces, ingenuos mores domi forisq; pia Parentum cura est adſrefactus. Primos pueritiae annos sub fidelibus Doctissimisq; Præceptoribus ac Magistris DN. ADAMO Seydenschwanz & DN. NIEHENKIO, quæ per duos annos inter privatos parietes audivit, nec non DN. BLASIO Rectore quondam hujus Scholæ maxime merito, hic Rostochii exegit. Tum à parentibus ad Stadense missus Gymnasium. Biennium illos Professores audierat, cum redux jussu Parentum & Consilio beati Doctoris MULLERI in almam Juliam mitteretur, sacram Themidis Doctrinam, quod Parentes desiderabant unice, persecuturus. Gratulatus est sibi de consilio & informatione Nobiliss. J. Cotorum EICELII & CONRINGII. Ex almâ Juliâ exacto ibi anno & dimidio, jussu Parentū in patriam, ut in cœ-

pta

pta juris principia persequeretur, rediit. Nec defuerunt & in Patria ipsi I Cti, quorum sub fide & solertia, studium quod inchoarat juris continuaret. Audivit enim tum privatim tum publice jura profitentes Magnif. Dominum REDEKERUM, RADOVUM, HABERMANNUM. Et quanquam ægritudo corporis debilitabat vires mentis, tamen ut & studiorum suorum progressum publice profiteretur, die 24 Aprilis anni currentis De Furtis sub Præsidio Magnif. Domini Doctoris RADOVII disseruit. Haud diu post ab Excellentissimo DN. Doctore HABERMANNO, us & Excellentissimo Domino Doctore SIEBRAND, habito pri⁹ examine, in numerum Notariorum publicorum receptus, jussuq; Parentum Parchimæ immatriculatus est. Praxi autem operam daturus, morte abrupt⁹ est, quo minus stylum exercere potuerit. Porro ipsius Christianismum quod attinet, non quidem peccatis carebat, cum nullus Christianus ita prorsus a peccatis remotus sit, tamen in dies pro virili, omnia quæ Christianum dedecent, de testabatur. Quoad in numerum beatorum jam recepto ædem saaram adeundi facultas fuit, illud haud intermisit, cum proximis suis æquo animo pacis quasi vinculum servavit, adeo quidem ut vel illatam sibi injuriam maximè inultam relinqueret. Magni quoquæ fecit insignem sacræ synaxis usum, brevi etiam tempore
ante

ante obitum in Deo jam quiescentis venerandi &c.
Domini D. HENRICI MULLERI, ab immundis pec-
catorum lordinibus sanguine agni se purgavit, ab eo
nempe sacrâ synaxi tanquam viatico ad vitam æter-
nam devote acceptâ. Ad mortem ipsius quod perti-
net, per aliquot annorum spatiū corporis viribus
debilitatus ac fractus est, in primis vero ultimis duo
bus hisce annis, in quibus persingulos fere menses ma-
lis catharris & pleuritide correptus est. Licet vero ab
Excellentio Domino BACMEISTERO medicamina
sedulo adhiberentur, nullum tamen verum edendi ap-
petitum consecutus est. Animadvertis tandem
nullam Galenicæ medicinæ operationem, ad Deum
tanquam summum animæ suæ medicum conversus,
ipsius auxilium imploravit, dicendo nempe: Domine
Cupio dissolvi & tecum vivere. Quamvis vero 14. ante
dies sperarit, sentiens vicissim graves corporis dolores,
Deum optata ipsius exauditum & ex hac miseria
eductum, tamen secundum Dei Opt. Max. volun-
tatem aliquod vitæ spatiū ipsi reliquum fuit. Cumq;
jam corporis vires paulum auctas sentiret, tamen præ-
terlapsis g. diebus circa horam octavam matutinam
in eundem morbum denuo incidens, eam ob causam
in lectum se contulit. Percipiens autem animam a
Corpo secundum lubitum Dei disjunctum iri, de ani-
mæ hujuscemodi salute in primis sollicitus, hæc verba
protu-

protulit. Ah. Jesu ne maneas diu, ah Jesu veni cito.
Autis itaq; morbi viribus, ab hora 12. præsentibus
amicis sine ullo doloris signo circa horam secundam.
Salvatori suo animam suam obtulit, adeoq; vigesimo
octavo ætatis suæ anno vitam cum morte commuta-
vit. Haecus FUNCTI, quam ita accepimus, Historia.
Nos certè eidem precamur placidam quietem, & mi-
ties oppidò Cinenes. Quin futuro etiam Universalis ju-
dicii die animæ vovemus cum corpore novam, & hu-
juscemodi conjunctionem, quam ipsa statim beatissi-
ma subsequatur æternitas. Vos vero, CIVES
ACADEMICI, omnium ordinum honoratissimi, uti
STUDIOSUM hoc funus debitâ solenniqa; frequen-
tiâ deducatis, & hac ipsâ etiam tam luculentâ occa-
sione, quam res nostræ mortalium infirmo-
fulciantur tibicine, memineritis, sedulo se-
rioquè contendimus.

Dabam sub Sig. Rect. 20. Octobr,
Anno 1675.






Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777168618/phys_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777168618/phys_0014)

DFG

ante obitum in Deo jam quisce-
Domini D. HENRICI MULLERI
catorum sordibus sanguine agni
nempe sacrâ synaxi tanquam viati-
nam devote acceptâ. Ad morten-
net, per aliquot annorum spatiu-
debilitatus ac fractus est, in primis
bus hisce annis, in quibus persingu-
lis catharris & pleuritide correptu-
Excellent Domino BACMEISTE
sedulo adhiberentur, nullum tamen
petitum consecutus est. Animæ
nullam Galenicæ medicinæ opera
tanquam summum animæ suæ me-
ipsius auxilium imploravit, dicend
Cupio dissolvi & tecum vivere. Qua-
dies sperarit, sentiens vicissim grave
Deum optata ipsius exauditum
eductorū, tamen secundum Dei
tarem aliquod vitæ spatium ipsi reli-
jam corporis vires paulum auëtas se-
terlapsis 8. diebus circa horam oct.
in eundem morbum denuo incide-
in lectum se contulit. Percipiens
Corpo secundum lubitum Dei dis-
mæ hujuscæ suæ salute in primis sol-



andi &c.
ndis pec-
it, ab eo
am æter-
od perti-
s viribus
nis duo-
enses ma-
vero ab
camina-
lendi ap-
andem-
d Deum
nversus,
Domine
14. ante
dolores,
miseria
. volun-
Cumq;
en præ-
tinam
causam
imam a
i, de ani-
ec verba
protu-

032

Patch Reference number on UTT
Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No.